

## 16

"Εγκρισις πιστώσεως ὑπερπύρων 3000 πρὸς ἐπισκευὴν τῶν φρουρίων Μυλοποτάμου, Κισσάμου καὶ Ἀποκορύνου. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F° 46<sup>te</sup> № 389. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

Capta. Ad reparationem uero castrorum insule quam dicti ducha et consiliarij dicunt esse necessariam, quia conseruatio ipsorum castrorum est conseruatio totius insule uidetur dictis sapientibus quod sit bonum et uale ad reparationem ipsorum intendere ne declinent in peius. Et propterea consulunt quod ad succurendum eorum deffectum mittantur per dominationem dualem duche et consiliarijs Crete yperpera triamillia iniungendo eis quod primo reparari et aptari faciant castra Millopotamy, Kissami et Bicorne\*, ubi et sicut necessarium fuerit que quidem castra sunt utiliora pro conseruatione ipsius insule, et sunt magis dirupta. Et si quid superfuerit de dicta pecunia debeant illud ponere in aptationem aliorum castrorum terre, sicut eis melius et utilius apparebit. Et de ipsis denarijs non possit expendi in aliquo alio quam in reparatione castrorum prefata.

53—de non 1—non sinceri 7.

Quod pro reparatione dictorum castrorum accipient mutuo ducha et consiliarij de depositis specialium personarum Crete yperpera MMM usque in MMMM. si tot eis necessaria propter ea fuerint que expendant et de eis faciant ut continetur supra in hac parte proxima sapientum. Et soluantur et restituantur in 15 ipsis depositis de yperperis MMMM. qua ducha et consiliarij tenebuntur mittere Venecias post duos annos, quorum denarios silicet VIII millia yperpera que 20 deberent mitti Venecias, consulunt sapientes accipi pro laborerio portus et moli candide.

## 17

"Εγκρισις πιστώσεως μέχρι 4000 ὑπερπύρων ἐπὶ τρία ἔτη πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος Χάνδακος. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F° 46<sup>to</sup> № 390. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

Cum in millesimo trecentesimo trigesimo tertio mensis Augusti captum fuerit et commissum duche et consiliarijs Crete pro expeditione laboreriorum portus et moli Candide, quod tenerentur expendere omni anno yperpera MM ad minus 5 de camera deinde et plura si plura possent expendere, et quod etiam yperpera MMMM, que tenebantur omni anno mittere Venecias ibi retinerent usque ad tres annos. Et tamen yerpera MMMM predicta quam prescripta MM et plura si plura possent expendere, deberent expendere in laborerijs predictis. Et si primo anno

\* G. Gerole ibidem Vol. A. P. I. p. 299 σημ. 3.

